CLEMENS PP XI

Dilecti filij et dilectæ in Xpo filiæ salm et Aplicam ben. Spirituali consolationi vestræ, quantum cum Dno possumus benignè consulere, vosq. spealibus
fauoribus, et gratijs prosequi volentes, et vrum singulares personas à quibusuis excois, suspen, et interdti, alijsq. Ecclicis sententijs, cen, et pœnis à Iure, vel ab
homine quauis occasione, vel causâ latis, si quibus quomlt innodatæ exunt, ad effum psntium dumtaxat consequen, harum serie absoluentes, et absolutas fore censentes,
supplibus vro nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Vobis qui (vt aseritis) de Nobili genere procreati existitis, vt in priuatis domorum vræ habitationis in
Villâ de Bettesco, alijsq. Locis in Diæcesi Bergomen ruri existen Oratorijs, ad hoc decenter muro extructis, et ornatis, seu extruen, et ornandis, ab omnibus domesticis vsibus
liberis per Ordinarium Loci prius visitan, et approban, ac de ipsius Ordinarij licentiâ eius arbitrio duraturâ vnam Missam prò vnoquoque die, et dummodo in eisdem
domibus celebrandi licentia, quæ adhuc duret, alteri concessa non fuerit, per teipsum fili Vincenti, seu per quemcumque Sacerdotem ab eodem Ordinario ap:
probatum sæcularem, vel de Superiorum suorum licentiâ regularem, sinè tamen Iurium quorumcumque Parochialium præiudicio, ac Paschatis Resurrectionis, Pente:
costes, et Natiuitatis Dni Nostri Jesu Xpi, alijsq. solemnioribus anni festis diebus exceptis, in vestrâ, ac Consanguineorum, et affinium, ac Hospitum Nobilium
necnon familiæ vrorum præsentiâ, celebrare, seu celebrari facere liberè, et licitè possitis, et valeatis, ac quilibet vrum possit, et valeat, auctte Aplicâ, ten psntium
concedimus, et indulgemus, Non obstan Constonibus, et ordinationibus Aplicis, cæterisq. contrarijs quibuscumque. Volumus autem quod familiares seruitijs vris
tempore dtæ Missæ actu non necessarij ibidem Missæ huoi interessentes, ab obligatione audiendi Missam in Ecclâ diebus festis de præcepto minimè liberi cense:
antur. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xiij. Februarij M D C C X iij. Pontus. Nri Anno Decimotertio.

1713. 23 Aprile in Colle
Visto et licentiato
per l'essecutione.
Giacomo Capello

Oliverius

Morbio 27 (117)
Universitäts- und Landesbibliothek Halle/S.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1871292441-17/fragment/page=0001

1713 Febr 13

Dilectis filijs Vincentio Pbro, ac Carolo
Mariæ Fratribus Bettosco, nedum dilectis
in Xpo filiab. Ludovicæ, ac Mariæ eor. Sororib.
Nobilibus Bergomen. Diœcesis.

13. Febr.o 1713: Concessione di
dir messa nel privato mio
oratorio nella Bettosca da me
fabricato ad honore di Dio ex
comodo nostro de' nostri
attuali domestici, di tutti li nostri
congionti di ogni grado e di nobili
hospiti commensali.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbéo 27 (117)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1871292441-17/fragment/page=0002